

ipsum tanta benignitate excepisti ; qualem a
viro tam illustri expectare vix licuisset. Non
Te mouent, quibus accumularis, elogia, nec
me præcone indiges, cum Te laudando cer-
tent, qui veritatem amant. Verba alias non
deessent, quibus vel summam grauitatem,
vel oris suavitatem , vel denique doctrinæ
venerarer præstantiam. Adsiduus hærebam
ab ore Tuo , nec me quidpiam morabatur:
aditum mihi concedebas benignissime , Bi-
bliotheca patebat quotidie , singula quidem,
quod adhuc adgnosco , ex benigna & libera-
li concessione. Nec sola hæc sunt , quibus
me Tibi profiteor debitorem , sed tantus est
cumulus beneficiorum Tuorum in me , vt
erubescam , si recorder , me nondum paribus
obsequiis iisdem respondisse. Vnicum est ,
quod non possum non publice prædicare ,
cum in me anno præterlapso , summos in iu-
re honores contulisti. Singularis hic fauor
Tuus erat , & illustris apud vos ICTORUM Or-
dinis , quo me ad examina & inauguralem
disputationem sine ullis impensis , quæ ab a-
liis soluuntur , admisiſtis. Beneficium hoc
quo magis est singulare , eo maiori cum reue-
rentia illud agnoscō , & seruabo perpetuum.
Tam munificum exemplum secutus fuit il-
lustris apud nos ICTORUM ordo , qui me non
solum